

careat munimine; sed ut amulos odio motos ostenderem, non ratione integritatis moveriam postquam fratres hujus Religionis in Europam venerunt, expulsi de Palestina, multi Summi Pontifices Ordinem ipsum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. unus exiit, post quem Innocentius III. idem fecit. Amborum vestigiis inherens Honorius II. multis adjunctis privilegiis Ordinem, & Regulam comprobavit. Hac doctissime scribit Trithemius, quæ abundanter sufficiunt ad hanc veritatem ostendendam.

Confirmatio Carmelitana ex dato titulo à Summis Pontificibus.

53. Romani Pontifices.

Vt jam dixi supra in hac Resolur. quest. 16 num. 16. Summi Pontifices antiqui Religiosos nostros prædecesores vocarunt, ac dixerunt, Fratres Ordinis, ac Religionis Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, ut Stephanus V. qui floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Arianus II. 868. Sergius III. 907. Joannes X. 913. Joannes X. anno 931. Alexander II. anno 1061. ut jam notavi supra quest. 2. num. 24. ut alii multi Summi Pontifices concesserunt varias indulgentias visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Beatiss. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Cum ergo Summi Pontifices eos benè agnoscentes dicant Ordinem, Religionem, in tali statu Religionis, & Ordinis eos constituunt, & creant; sicut si Summus Pontifex benè agnosceus hominem, eum appelleret Doctorem, Abbatem, talem gradum ei confert. Et si Rex hominem benè agnosceus eum dicat Comitem, Marchionem, Ducem, ad talem dignitatem eum elevat, talique honore condecorat, in eoque deinceps constituit, ita tenent, & docent Bartolus l. finali. ff. de collegiis. Innocentius, Joannes Andreas, Imola, Hostiensis in cap. Cum ab Ecclesiis. de officio judicis ordinarii, Cardinalis in Clement. si Summus de sententia excommunicat. §. 1. Brutius in proœmio Gregoriano, Castrensis. confil. 6. col. fin. vers. Cum igitur, lib. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 11. n. 29. post Bartolum, & alios, ac multa loca juris, ait in hæc verba formalia. Sufficit tamen, si Princeps post mortem parentis, sive litteris, sive verbo, Ducem, Comitem, seu Marchionem cum vera scientia appellaverit, sola namque nominatio Principis, similes dignitates concedit. Similiter Mastrillus de Magistratibus, lib. 6. c. 2. num. 16. ait: Princeps suo solo verbo constituit Duces, Marchiones, Comites, & similes. Et allegat Bartolum, Alexand. Angelum Ponte, Carcer. & alios. Ergo cum Romani Pontifices antiquissimi nostros antecessores appellassent Fratres Ordinis, seu Religionis Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo, eos creaverunt, constituerunt, confirmarunt in vera dignitate, ac statu, & substantia Religionis, ac Ordinis.

Alexand.

Approbatio Carmelitana ex Concilio Lateranensi.

54. Conc. Later.

Valde insigne generale Concilium Lateranense celebratur ab Innoc. III. anno 1215. mense Novembris in Basilica Lateranensi,

Bartolus. Innocent. Joan Andr. Imola. Hostiensis. Cardinalis. Brutius. Castrensis. Molina. Mastrillus. Bartolus.

præsidente ipso Innocentio III. & in eo interfuissent 412. Episcopi, cum duobus Patriarchis, videlicet Constantinopolitano, & Hierosolymitano: Præcepit, ac determinavit Concilium cap. 13. & refertur cap. 9. Ne nimia de Religiosis Domibus, ubi dicitur: Ne nimia Religionum diversitas gravem in Ecclesia Dei confusionem inducat; firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam Religionem inveniat, sed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam ex approbatis assumat. Nota ultimum verbum. Atqui ante Concilium Lateranense, Religiones non approbantur, nec erant approbatæ à Sede Apostolica, sed tantum à Patriarchis, ac Episcopis, ut jam supra notavi in hac quest. num. 50. Ergo prædictæ illæ Religiones, quæ ante Concilium erant approbatæ, ut Religiones D. Basilii, D. Benedicti, D. Augustini, & Carmelitarum, dicuntur & habentur à Concilio ut approbatæ: Unam ex approbatis: Et cum Concilium eas dicit approbatas, earum approbationem, quam habebant, approbat; nam ante Concilium expressè, & aperte aliæ probationes non dabantur, nisi ab Episcopis. Et totus hic discursus ex suis terminis patet, ut non sint necessarij Textus, nec Glossæ, nec Auctores, & patet ex proximè dictis superiori num. 53. ex eo enim, quod à Papa dicuntur approbatæ, ut approbatæ sunt reputandæ, deinde, quia Religio Carmelitana potest dici approbata ab antecessoribus Summis Pontificibus, ut eodem numero dixi,

Approbatio Carmelitana ab Alexandro II. Innocentio III. Honorio III.

Illustrissimus Dominus Cardinalis Bellarminus in sua Chronologia, lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, ait: Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno 1180. Item ab Innoc. III. ano 1199. Item ab Honorio III. anno 1216. Pro qua re, etiam multi Auctores exent, unus sufficit tamen citatus Bellarminus ob suam singularem eruditionem, probitatem, ac magnam cognitionem, quam habebat Bibliothecæ Vaticanæ, confirmatio data ab Honorio III. magno miraculo contigit; nam cum nostri Religiosi postularent confirmationem Ordinis ab Honorio, ut refertur in nostro Breviario approbato à sacra Congregatione in Festo Commemorationis die 16. Julii: Quod cum apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione instarent. Astitit noctu purissima Virgo, planèque jussit, ut institutum, & homines benèque complecteretur. Et etiam mirabiliter contigit, ut illa eadem nocte duo Palatini crudelissimi æmuli, ac adversarii Religionis perierunt, & mortui sunt: auditur hæc Honorius, & dato diplomate, dictum Ordinem, ac vivendi rationem confirmavit, & approbavit, Bellam integram refert Laërtius Cherubinus apud Bullar. tom. 1. in Honorio III. constitutione 8. De hac confirmatione, & de hoc magno miraculo Virginis, faciunt mentionem gravissimi Auctores, Cassaneus de gloria in catalogo: Gloria mundi 4. part. considerat. 8. Pineda in Menar

Breviar.

Laërtius.

Cassaneus. Pineda

Rodrig. Egid. Lusit.

Bzovius.

chia. cap. 23. Rodriguez tom. 1. q. 2. art. 5. Cardinalis Bellarm. citatus. Egidius Lusitanus lib. cui Titulus. Primas Augustinianus, lib. 1. cap. 3. §. Abrahamus. Bzovius tom. 13. Annat. anno Christi 1217. n. 12. Palenidorus, Thomas de Jesu, & alii.

Confirmatio Carmelitana facta in Concilio Lugdunensi.

56.

Summus Pontifex Gregorius X. celebravit secundum Concilium Generale Lugduni, & inde dicitur Lugdunense die 7. Maii anno Domini 1274. fere quinquaginta novem annis post celebratum Concilium Lateranense, in quo adfuit ipse Summus Pontifex Gregorius, & simul interfuerunt multi Prælati, Episcopi. Abbates, Priores, & Legati tam ex Latina, quam ex Græca Ecclesia; ex hoc Concilio defumitur cap. Unicum, de Religiosis domibus, in 6. & Textus loquitur de Religionibus Mendicantibus, & postquam Summus Pontifex ibi determinat, quod omnes Religiones præcipuè mendicantes, quæ pullulaverunt post Concilium Lateranense extinguantur, si non sint approbatæ per Sedem Apostolicam; & si fuerint, quod aliquos denuò non admittant, nec nova loca acquirant.

57.

Prædictus Concilii Textus quatuor habet partes. In tertia sic dicitur. Sanè ad Prædicatorum, & Minorum Ordines, quos evidens ex eis utilitas Ecclesie universali proveniens perhibet approbatos (presentem non patitur constitutionem extendi. Ceterum Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines, quorum institutio dictum Concilium Generale præcessit in solido statu volumus permanere. Mens Concilii juxta omnes hæc est citatum Concilium Lugdunense mandat extinguere omnes Religiones Mendicantes, sive approbatas, sive non approbatas fuerint à Sede Apostolica post Concilium Lateranense sub Innocentio III. & quia illustrissima familia Prædicatorum, ac Minorum à suis Sanctissimis Patriarchis instituta fuerunt post Concilium Lateranense, & approbatæ ab Honorio III. Qui successit Innocentio III. Tunc ait Concilium Lugdunense, quod has duas sanctissimas familias, etsi post Concilium Lateranense, quod eas non comprehendit in suo Decreto, ob uberes fructus; quos in Ecclesia Dei proferunt. Deinde disponit Concilium Lugdunense de illis Religionibus Mendicantibus, quæ fuerunt ante Lateranense, & ait: Ceterum Eremitarum S. Augustini & Carmelitarum, quorum institutio dictum Concilium Generale præcessit, in solido statu volumus permanere.

Conc. Lugd.

58.

Cum ait: In solido statu volumus permanere. Quid aliud significat, nisi quod in suo firmo, constanti, ac stabili statu, quem antea habebat approbatum, & confirmatum per tot Romanos Pontifices permaneat, & ita Joannes Menochius ad dictum Text. Carmelitarum, & Eremitarum Sancti Augustini Ordines confirmat. Guido super eadem verba. Isti Ordines sunt rotaliter confirmati, & Joannes XXI. Pontifex in privilegio exemptionis Ordinis Carmelitarum, & habetur in mari magno Sixti IV. n. 5. Recitantis prædictum Textum Concilii, ait: Nos autem ad dictum Ordinem Sylveira Opuscula.

Joan. Mon.

Guido Ioan. XXII.

quem in statu firmo, solido, stabili decernimus, & volumus permanere. Quod multi ex nostris tuerentur Philipus Ribbotius de institutione, & Phil. Ribbot peculiaribus gestis Carmelitarum, p. 8. Speculum Spectul. Ord. Ordinis c. 14. ex Patribus Augustinian. Deo & f. simus Joannes Marquez, lib. de Origine Ordinis S. Augustini. Insignis Magister Egidius Lusitanus lib. Cui Titulus. Primas Augustinianus, lib. 7. cap. 5. in fine, & refert pro hac nostra sententia, Dominicum à sancto Geminiano, & Archidiaconum ad dictum Textum, pro qua etiam stat Renatus Chopinus lib. 2. Monastice. Tit. 1. n. 29.

Obijciunt tamen quia legunt aliqui in solito statu. Quæ lectio est mendosa, & falsa, ut notant Philipus Ribbotius citatus, & Joannes Marques citato lib. de Origine Ordinis S. Augustini, cap. 2. §. 4. & inquit: Sive hoc acciderit ex viro Scriptoris, sive, ex invidia annulorum. Deinde quia Bonifacius VIII. in sua Bulla, quæ habetur in principio, in 6. Decretalium adhibitis multis Viris doctis, Aliquibus in toto, vel in parte mutatis, multisque correctionibus, & additionibus factis in ipsis confirmavit, & approbavit ipsum Textum Decretalium prout est in corpore juris, & præcepit ut ita sequatur, ac teneatur in judiciis, ac scholis; in corpore autem juris legitur in solito statu; ergo ita legendum, ac tenendum est.

Tamen non renuo, sed retineo talem lectionem, quæ maxime consideranda est: in solito statu adjuncto verbo permanere: nam solitum dicit, ac respicit statum; & format antecedentem, §. Pavonum Institut. de verum divisione, & in l. lege, §. Igitur, ff. de verborum signific. & l. si quis donaturus, ff. de usufructu. Perrett. ad Extravag. Ambitiosa, verb. de rebus Ecclesia non alienandis, à num. 35. Decianus lib. 2. consil. 37. num. 4. 8. Castro lib. 2. consil. 30. num. 3. & alii plures, quos citat, ac sequuntur Cardinalis Tuschus tom. 7. conclusionem 334. num. 47. Barbosa in Dictionibus, Dictione 376. num. 1. Cum ergo ait Concilium volumus in suo solito statu permanere, hoc est, ut permaneat in suo statu, ac forma antecedenti; & qualis erat status, & forma Carmelitarum antecedens Concilio, erat Religio approbata, & confirmata à Romanis Pontificibus Alexandro III. Innocentio III. Honorio III. ut supra vidimus, idem dicendum de Eremitis D. August. ut ejus Religiosi dilucidè demonstrant (ergo in ipso solito statu approbationis, ac confirmationis determinat Concilium, ut permaneat, ac persistat. Imò ipsam approbationem, & confirmationem, quam obtinebat Religio Carmelitana ab antecedentibus Pontificibus Concilium confirmat, & approbat, dum ait: Volumus permanere. Nam volumus dicit liberum, & absolutum arbitrium, l. cum quidam, ff. de legat. 2. & multis probat Menoch. de Præsumptionibus, lib. 4. Præsumpt. 188. n. 13. de Arbitrar. lib. 1. q. 6. n. 1. & 3. hoc autem arbitrium determinatur ex verbo adjuncto permanere; quod dicit consentiam, perseverantiam, ac durationem in tali statu, ut cum Bartolo, Alexand. Etione 436. numero quinto, ergo cum Concilium determinat, quod Religio Carmelitana permaneat, persistat, ac perseveret in suo solito

59.

Ribbot. Marques.

60.

Perrett.

Decian. Castro.

Tuschus. Barbosa.

Barol. Alexand. Barbosa.

R. s. solito